scis suis tinis ac genuinis coloribus in superiora par-
te rubedinem referente ad eundem fermè modum cfa-
mus fuscus est, in apice verò scutis insignis ad latum
militarem composita patensq; galea enteriorem ceru-
leam, posteriorem phæniceam habens partem et capite
tegumentu aureâ Coronâ ornamento condecorat, in quo
crocei coloris pericul⁹ erectus, duabus alis ex parteis
oppositus apparet, eminetq;, prout hæc omnia in medio
diplomate Sac Cæs Mtis, et ad vivum quasi depicta atq;
ob oculos posita clarius apparet. Quod quidem vniver-
sis et singulis Regni dominorumq; nrorum hominib⁹
præsertim vero Equestris ordinis nobili genere natis, tam
publicas functiones aut Magistratus geren, quam priva-

tis quibuscunq; prntibus lris nris denunciamus. Man-
dam nrâ Regia authoritate, aut ꝑ dos Joannem et
Stanislaum Kottermund cum illorum haredibus vtriusq;
sexus, ab ijs legitime descenden, proveris nobilibus hedint
locumq; illis tam mignalibus publicis maioribus, quàm
etiam particularibus Conventibus Regnmi concedat
viis sententia et suffragii permittant, armis suprapo-
sitis et insignibus eos vti, honores item dignitates officia
tam spiritualia, quàm secularia, atq; Regnmi Nobi-
libus ab avis ac atauis longa propagine procreatis, pa-
tet aditus, eam familiam à nobis recens Nobilitat ordim
libertati iuri, et prærogativis omnibus muitam, eos eorúq;
successores adire, ysq; frui et gaudere libenter patient, mi
eoq; vere virtutis ea esse amatores, ac mi ta veram no-
bilitatem comprobent, id quod nos optimum quemq; pro
officio suo grâq; mrâ facturi sponte sua confidimus, si quis
verò illis aut posteris illorũ palam vel occultè obtrectare,
aut de nobilitate ac hoc stemmate detrahere ausus fue-
rit, ei nos mulctam eo nomine duorum millium aureo-
rum Hungaricalium auri puri irrogamus, cui partem dimidia
ulri cui detractum fuerit, partem verò fisco nro, adiudi-
camus, panáq; contra tales obtrectatores in Statutis
Regni constitut extendi volumus. In quorum fidem et
testimonium prntes lras manu nrâ subscripsimus, sigil-
lo Mttis Regnmi nri comunivi iussimus. Data Cracouiæ
in Comitijs Regnmi gnalibus die decima sexta mensis Mar-
tij. Anno vt supra. Præsentibus ũ. vt supra.

Sigismundus Rex.

Nobilitatio Alberti Bugnerowicz.

In nomine Domini Sanctæ et Individuæ Trinitatis Amen. Ea est rerum et actionum humanarum conditio vt nihil firmum nihil diuturnum propter breuem et incertam vitam hominum, et tot plerumq; inter currentes rerum vicissitudines mixte contineant, facileq; et breui temporis momento omnia in oblivionem veniant, nisi quod omnium generi humano diuinitus plane ad conseruandam rerum memoriam beneficium tributum est Literarum et scriptura adhibeatur. Quibus rebus cum ea quo non primis tantum ætatis, sed posteritatis etiam memoriam requirunt optimo conseruari consueuerint. Nos itaq; Sigismundus Tertius Dei grà Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ &c &c. Significamus præsentibus Literis nris quorum interest vniuersis et singulis præsentibus et futuris earum noticiam habituris. Eam veram nobilitatem omnes sapientes iudicauisse, quæ proprio pro magnis aut in Reipub. aut Reges et Principes, vel in communem hoim societatem meritis confertur, neq; vlla unq; tam barbara aut iniqua ætas extitit, quæ virtutem non admiraretur non susciperet, non summis honoribus ornaret. Idcirco

cum ab antiquitatis memoria multim Regno meo ob
præclara et egregia facinora, licet obscurieri sorte nati
ad eximium decus laudemq; perpetuam virtute propria
ascenderent. Eorum exempla secutus Albertus Bugne
rowicz filius legitimus defuncti honesti Pauli Bugneri
Civis et Scholæ Sarnovien. ex honesta olim anna con:
sorte sua legitima, iuxta ritum sanctæ Eccl. Catholicæ
matrimony copula procreatus, sane obviam admi-
mortalitatem decusq; parandum, elegit et proposuit, qua
pleriq; nobilissimi, et laudatissimi viri, æternam glo-
riam sunt consecuti. In hisce enim generalibus Regni
nri Comitijs Primarij Regimni Consiliarij in frequenti
Senatus consessu commendaverint nobis egregiam virtute
prædicti Alb. Bugnerowicz, quem honestissimis parentib
editum, non modo et ignavia lubricam illam et pronam
ad illecebras voluptatem, ætatem transegisse, sed mi-
nisterio Magi olim Andreæ Fierley de Dąmbrowicza
Castellani Lublinen, et Capitanei Sandomirien, ab ipsa
pueritia annos complures versatum esse. Et primum qui-
dem nacta occasione dum idem Castellanus Lublinen tempore
D. Stephani Regis con. Exercitum Sedanen, via cum ca-
teris militaribus viris, apud Dirsaviam pugnam com-
misisset, ubi tota hostilis acies virtute et fortitudine mi-
litum partim cæsa partim in Lacum Lubissovien impulsa
et profligata fuit, is ipse Albertus Bugnerowicz strenue
cum hoste decertando, maximam laudem et commendation
á militis eius pugnacitys Comilitonibus, et Rothmagistris
reportavit, cum in cade hostium licet saucius ad salutē

vsq; consummationem victoriæ fortem et optimi militis digna operam præstitisset. Subsequentibus porrò Moschouiæ Diui Stephani Regis bellicis expeditionibus, probata et degustata fæliciter, virtutis et laudis militaris dulcedine. quinque equis mi Comitiua supramemorati Castellani Lu-blinen. et Capitanei Sandomirien merebat, prima expeditione ad Polocskum quæ de manibus hostium erepta et reinpetrata est, omnes benemerendi de Repub. occasiones vltro et auide captabat, dum sæpe in excubys et velitationibus sæpe in munitionibus hostium, Arci expugnandæ oppositis versaretur, Secunda quoq; expeditione Wielkoluczana, post captam et expugnatam intra paucos dies Arcem Wielgoluczen, cum Exercitus hostilis in ulteriorem nitentus apud Soropeciam Moschouiæ Arcem haberet cuiusq; Aduentu ab explioratoribus et custodys, idem Antecessor noster cognito, auxiliarium et Voluntariorum vigiles copias ad conferendas cum hoste manus misisset, idem Albertus Bogurowicz mi Comitiua Magni Andreæ Leszczinski, de Lesno Palatini Brzesten, protunc Rothmagistri mi eadem Soropecien. pugna, rem strenuè cum hoste gesserit, et mi profligandis ex late patenti, et aperto campo, ad Arcem Soropeciæ Moschis terga hostium viriliter cædendo, aduersus innumeras Telorū et globorum hostilium ex Arce contra se emissorum, procellas ad ipsam vsq; Arcis portam impulerit, prout idipm viua voce et expressis testimonijs complurium Regiminis Consiliariorum et præsertim ipsius met Magni Andreæ Leszczinski de Lesno Palatini Brzesten

Senatoris Magna authoritatis magnaq; et à familiâ
sua splendore, at à rerum pacis belliq; temporibus in
hac Repub.ª præclarè gestarum commendatione digniss.
mi abunde cognouimus. Tertia quoq; expeditione ad
Plesoviam ipsum eandem militarem operam Reipub.ª
nauasse nobis retulerunt, vbi idem Albertus Bugnerowicz
m.ª Comitiva et Equitatu prædicti d.ni Magni Castellani Lu-
blinen. vltra medium hiemis, sub tanta cæli et aeris inde-
mentia, frigorumq; asperitatib. excubias aliaq; milita-
ria officia magna animi fortitudine et perseuerantia obe-
undo, multa incommoda multaq; pericula pro Respub.ª
dignitate et salute vitæ et incolumitati suæ minime par-
cen. sustinuerit. Talia vero generosi Regni nostri vir-
tutum et in Rempub. meritorum de ipso nobis luculenta
testimonia præstantes, debitaq; præmia à nobis illi postu-
lantes, petierunt vt tanta virum tanta contentione virtu-
tis ad nobilitatem, verumq; decus emitentem, authoritate
nra Regia speciali priuilegio in equestrem et nobilem
Regni nostri ordinem transferre, et ascribere dignaremur.
Nos vt et quem ipse egregia virtute promeruisset honor
ipsi rependeremus et alios ad eundem virtutis cursum
excitaremus, tribuendum id duximus, cum authoritati
commendationiq; Senatus, tum virtuti, et tantis in Rem-
pub.ª meritis ipsius. Quemadmodum quidem de omnium
Regni nri Senatorum, in hoc Conventu generali congregato-
rum sententia consensu, et approbatione publica præfatis nris
nris, hunc ipsum Albertum Bugnerowicz, eiusq; veros

sexus liberos omnes ac eorũ posteros, iuri, libertati, ordini;
atq; dignitati Nobilitatis in Regno nro adiungimus
et attribuimus, creamusq; facimus et promulgamus no-
biles, illiq; et eius liberis et posteris legitimis, omnes pra-
rogativas, praeminentias, libertates, immunitates, hono-
res, ac Magistratuum Dignitatum, tam spiritualium
quam secularium adipiscendarum plenam facultem
iuraq; et ornamenta, nulla penitus exceptione, omnia
quibus Equester ordo ac nobilitas in Polonia, pro iure et
consuetudine vtitur et fruitur, pleno iure tribuimus et
conferimus. Quod quidem eius nobilitatis, vt Illustrius
certis insignibus tanquam veris quibusdam notis et ar-
gumentis redoamus. Insignia seu stemmata infrascri-
pta illi attribuimus vt vnum ex stemmatibus, et in-
gnijs Magci Andreae Lescinski de Lesno Palatini Bre-
sten caput bisontis cum ense euaginato in campo rubeo
scuti triangularis, supra scutum galeam apertam coro-
natam, ex qua manus armata cum framea emineat, lam-
nijs hinc inde albis et rubeis sparsim propendentibus, prout
sit expressius haec ipsa imago solertia manuq; pictoris
in sigillis nris denotata cernitur. Haec arma sor
stemma et Insigne Nobilitatis perpetuum, praedicto Nobili
Alberto Birgnerowicz, eiusq; filijs, atq; posteritati esse
volumus. Illo deinceps et insignandis epistolis, et in qui-
cunq; negotijs, et actionibus, tam priuatim quam publice
et ipse et posteri ab eo deducti libere ac eodem iure vtent
quo Insignibus suis vetustissima quaelibet nobiles familiae

in Regno nro vtuntur. Quod quidem vniuersis et sin-
gulis Regni Dominiorumq nrorum hominibus, pri-
sertim vero Equestris ordinis nobili genere natis, tam pu-
blicas functiones, aut Magistratus gerentibus, quam pri-
vatis quibuscuis presentes nras denunciamus, mandan
nra regia et tocius Conuentus moderni gratiosa authorita-
te, vt ipsum nobilem Albertum Bugnerowicz, cum
illius fratribus vtriusq sexus ab eo legitime descen-
dentibus, pro vero nobili habeant, locum illi tam in gene-
ralibus publicis maioribus, quam etiam particularib
Conuentibus Regni nri, concedant, uis sententia et suffra-
gij permittant armis superpositis, et Insignibus, cum vti
honores item dignitates officia, tam spiritualia quam
secularia, ad que Regni nostri nobilibus ab auis ac ata-
uis longa propagine procreatis patet aditus, eum eiusq
successores adire, ijsq frui, et gaudere libere pgiantur, in eoq
vera virtutis se esse amatores, ac in ea veram nobilitate
reponer comprobent. Id quod nos optimum quemq vir-
tutis studiosum pro officio suo gratiaq nra facturum
sponte sua confidimus. Si quis vero illi aut posteris illius
palam vel occulte obtrectare, aut de nobilitate aut fo
stemmate detrahere ausus fuerit, penas con tales ob-
trectatores in statutis Regni constitutas incurret. In
quorum omnium fidem et euidentius testimonium pn
tes lras nras, manu nra subscripsimus et sigillo Actis
nra consignari iussimus. Datum Cracouiae in Comitijs
Regni nri generalibus die decima sexta mensis Marcij

Anno Domini Millesimo. quingentesimo. Nonagesimo quinto. Regnorum nrorum Polonie octauo. Lituanie vero anno secundo. Pntibus Illustrissimis Rndis: omis, Illustribus Rndis Magis et Gnosis, vt supra.

Sigismundus Rex.

Confirmatio iuris hæreditarii Bonorum Astrow. Nobilis Detleuii a Pahl hæredit.

Sigismundus &. Stamus &. Exhibitum nobis fuisse pntibus Comitys Decretum Illrm et Rndissimi Chris Pris Georgii Radziwili Cardinalis, et pro tunc Lituania locumtenentis Gnatis, nunc Cracouien Epi quo Nobili Detleuio a Pahl hæreditariorum bonorum suorum Astrow dictorum possessio, ex partium controuersia, adiudicata fuit, quo consequuto eadem ille facultate tranquille et pacate potiret. Supplicatumq esse nobis nomine commemorati Detleuy a Pahl vt quando quidem antiquissima priuilegia sua, tempore Moscouitice irruptionis in Lituaniam facta, periissent, idq; iuratis testimonys, sub prædicti Cardinalis sigillo aut sentice coram nobis productis, comprobasset, ius illius antiqui

ſa'reditarium authoritate nra Regia confirmare
et roborare dignaremur. Ex quibus quidem documen
cum manifeſtum ſit bona ea ab antiquis temporibus
priuata, et hæreditaria fuiſſe, at vero eodem iure ob
egregia merita ipſius à commemorato Cardinale autſo:
ritate D. Decessoris nri Laudatiſſimæ memoriæ Sem
Stephani Polomiæ Regis, eadem illi reſtituta fuerint,
mq3 poſſone eorum ad hoc usq3 tempus quiete fruerit eo
libentius nos quoq3 eadem quod meliori à nobis modo
ac rone fieri pōtest confirmando illi duximus, quemad-
modum quidem confirmamus renouamusq3 prntibus
ſcte. Quòd cum æquitati ac iuri ipſi nrā oponte libent
tribuamus, tum verò non minus libenter etiam fidei ipius
quam non tantum in expeditionibus Moſcouiticis, ve-
rum etiam à Moſco deductus in carcere ſeptennali
conſeruauit. Et ſi igitur iam antea ſatis certo iure bo:
na ea poſſideat, quo tamen nos quoq3 clementiam nram
viro militari, optimeq3 de nobis ac Repub merito te:
ſtificaremur, eadem nris quoq3 lris hiſce confirmanda
ei duximus, quemadmodum quidem eo iure quod illi ve-
gore antiquorum priuilegiorum competit, ab ipſo et ipius
vtriusq3 ſexus poſteris, et hæredibus, cum pleno poſſeſſo
iure, vel ſi id commodius ipſi aliquando fuerit, alijs ea
vendere, donare, alienare, cumq3 omnibus vtilitatibus fru
ctibus, ac Juribus ſtagnis, piſcinis ſylvis lignationibus
agris, eſtomis, pratis, et vniuerſis ac ſingulis pertinen

antiquitus ad bona ea pertinen intra eos fines intra-
quos maiores ipsius ea possederunt possiden prnibus
Jure confirmamus roboramusq. Ad militiam tame
quam reliqua nobilitas suis ratione bonorum suo-
rum obire tenetur, ipse quoq. successores sq. ipius astricti
erunt In quorum omnium fidem &c Datt mi Comitys
Regni nalibus Cracouiæ die xvii mensis Martij
Anno vt supra.

Sigismundus Rex.

Nobilitatio Caspari Gulinski. &

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam
rei memoriam Nos Sigismundus dei grà Rex
Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ &. Significamus prnti-
bus lris nris quoz interest vniuersis et singulis. Cum omnes
Principes, et quarumuis Rerumpub.m gubernatores i mente
à prisais temporibus in more habuisse non ignoremus, vt in
quibus molem ad virtutem aptam animaduertissent
quoq. vel gessisse aliquid præclarè vel ad gerendum gnõ

animi insigniori aliquo vigore præditos cognouisset
eos quasi a vulgo secretos in illustriori quodam loco
collocarent, quo et ipsi altius euecti nihil humile aut
abiectum molirentur, sed ad præclara quæuis aptena-
tura gnosum animum tanto magis excitarent, et alij etiã
honestissima contentione ad laudem et gloriam at eade
decora emterentur. Ac inde adeo profectos fuisse cum
militares, tum togatæ vitæ varios honores Nobilitat
ornamenta et prærogatiuas non modo præmia verum
etiam incitamenta virtutum, ex quibus cura Ciuita-
tum Rerumpub: ac Regnorum felicitas existit. Id-
circo nos etiam id institutum nobis in hac nobilissimi
nri Regni gubernatione studiose imitandum propo-
suimus, in quo si in quoquam alio inati quidam fut
ioin ad laudem et gloriam impetus vt in quibus y emi-
nerent, eos ex inferiori gradu in altiorem ordinem trans-
scriberemus, quo ita æmulatione præclara, quam plu-
rimi per asperam virtutis viam emiterentur ad ea de-
cora quæ a nobis spectata virtuti referri animaduerteret.
Itaq; cum etiam in hisce regnalibus Regni nri Comitijs
Rndissimus in Xrõ Pater Joannes Demetrius Salti-
kowski Archiepus Leopolien, quibusdam alijs Regni
nri Senatoribus adiunctis nobis ostendisset Ciuem Leo-
polien Casparum Sulinski y's virtutibus præditum eẽ
vt eum insignibus ornari plane mereatur non comitten-
dum putauimus, quin eadem illi plenaria potestate nra
confiremus. Qui nempe honestissimis parentibus na-
tus, ac y's etiam miles nobiles oneris Sed a paupertate
imimica splendori, in quo ipsum ad rem alienam a Nobili-

querendi victus per negociationem detrusis procreatus fo-
nestissima disciplina primam ætatem transegerit, eius
progressu mota illa vi gnõi spiritus impelente militiã
complexus, ac compluribus annis in ea laudabiliter exa-
ctis, demum in Ciuitate nra Leopolien honestissimam uxo-
rem duxit, ibidemq; non modo ciuilibus muneribus inte-
gerime administrandõ omnium sibi amorem conciliauit
sed etiam periculosis omnibus temporibus, munitionibusq;
cohortibus Ciuitatis ipsiq; armatæ multitudini ita præfu-
it, vt vigilantiæ magnitudinis animi, et non vulgaris in re
militari usus gloriam reportauit. Acita cum omnibus
tum ipsi Reveren^mo in Chrõ Pri Joanni Demetrio Solikow-
ski Archiepo Leopolien virtutis suæ testi completissimo
ita se earum effecerit, vt ipse in familiam stemmatisq; so-
cietatem, cum et ipius posteros recipere cupiat. Quibus
omnibus nos rite expensis prænominatum Gasparum Su-
linski nobilem regni nri declarandum renunciandumq; du-
ximus, quemadmodum quidem declaramus et renuncia^m.
prntibus lris, ita vt non modo pristinam qm̃s dignitatem
detersa ea omni labe, si qua à parentibus ob aliam vitæ
conditionem, iniquitate fortunæ abducta fuit restituamus
verum etiam illum comitem coniugemq; ejus Dorotheam de nouo
omnibus prærogatiuis, plenariisq; Nobilitatis iure donemus,
volen eum, comitem coniugem, eorumq; posteros ab eis legitime descenden
vtriusq; sexus in Regno nro et vbiuis locorum pro veris
et legitimis nobilibus geneari, nobiliumq; eorum et prærega-
tiuis omnibus perpetuis temporibus frui et gaudere, eosdemq;

ad omnes honores et dignitates, Tum etiam ad sacerdotia quæcunq; ad quæ solis tantum modo nobilibus aditus patet, non minus quam cæteros nobiles habiles. et idoneos esse declarantes. Insignia autem eadem deferent, permittente vt supra ostensum est Rnmo m̃ Chriõ Patre Joanne Demetrio Solikowski, quæ ipsa eius Solikowia familia defert, nempe monocerontem, ysdem coloribus et laminis, atq; galeæ ornamentis, quibus illa ipsa familia vtitur, et quemadmodum ista tabella sũ depicta m̃. dicat. Quod ad omnium et singulorum quorum id quomodo, aliquam̃ interesse poterit, noticiam deducendam̃ eisdem mandamus. vt præfatum nobilem Casparum Sulinski, comugem ipsius eorumq; posteros omnes proveris ac legitimis Regnĩ nobilibus habeant, et cognoscat eosdemq; cum cæteris Regnĩ Nobilibus pari iure esse ac viuere patiantur. Pro grã̃ra ac sub pæna m̃ statutis expressa, illis qui alicui eorũ m̃ præmissis contradixerit irrogãda. In quorum omnium fidem &c. Datt Cracouiæ m̃ Comitijs Regni nr̃i gnãlibus die xvii mensis Marcy. Anno vt supra. Regnorum vt supra Prntibus. vt supra.

Sigismundus Rex.

Approbatio consensus Rlis Actis supercessionem certorum Bonorũ m̃ in villa Berglonka consisten.

Sigismundus &c. Significamus &c.
Quod cum Serma Princeps Dna Anna Dei gra Re-
gina Polonia matertera nra charissima pro iure suo re-
formatorio quod ei de super competit, peculiaribus suis lre
quas hac tanquam authen nobis exhibitas promissarias
mscriptis haberi volumus, dedisset ptatem Nobili Stanislao
Linka de bonis mferius positis, nobilibus Paulo Srobeke
atqs Annae Niedzwiedzka comitibus, cedere, omnegs iuris
sium ad bona exprimen habit mi prdictos comites trans-
fundere. Supplicatumqs nobis esset, vt nos quoqs authe
nra Regia eundem Serma Regina consensum appro-
bare et ratificare dignaremur. Eorum vero bonorum di
scepho talis est. vidt mi villa Berglonka ad Captum Au-
gustovien pertinen, tres mansi agri cmethonales, cum prato
dicto Bielawka iux antiquam illius circumferentiam.
Sum medius mansus agri Urbanowski dictus ibidem exns
Nec non duo mansi deserti cmethonales, alt Chwicdo-
wowski mansio Urbanowski adiacens, alter vero Freli-
chowski nuncupatus penes gramities villa Sayno. Praterea
medy lanei dicto vnus Macieiowski, alter Kowalewski
appellatus, penes agros Wolas versus meridiem siti. Ad ex-
tremum octo agri partes vulgo morgi dicta, ad Lacus villa
Sayno ex vna: et ad villam Starawies dictam Sayne ex
altera parte sita. Itaqs ei supplicum annuen benigne pro
iure nro regio eundem Serma Regina consensum ap-
proban consensimus, ac permisimus, consentimusqs ac
permittimus pretibus lris nris, Nobili Stanislao Linka vt
possit et valeat de bonis superius positis Nobilibus Paulo

Srobek atqꝫ Dorothea Kiedrwiecka comitibus cedere
et condescendere. Quæquidem cessio posteaquam coram
quibuscunqꝫ Regni nostri actis authenticis facta fuerit
eam nostram et gratam habituri sumus, vt pote quæ præ-
cedente Sermæ regina, atqꝫ mro consensu peragetur. Ratio
neqꝫ istius cessionis prædicti comituges bona superius ex-
pressa, cum omnibus fructibus, commodis, ac vtilitatibus eorũ
tenebunt, febunt ac possidebunt, ytqꝫ vtifruentur, in solius
ad extrema vitæ suæ tempora. Promittẽ mro et Sermoꝫ
successorum morum nore, quamdiu prædicti nobiles Paulus
Srobek, atqꝫ Dorothea Kiedrwiecka comituges vixerint, vel
mortuo vno, altereorum vixerit, non esse nos eosdem ab vsu
et possone eorunꝫ bonorum amoturos, aut alienaturos, amo-
vente aut alienan cuiquam ptatem facturos, quin potius
ipsos in vsu et possone eorum bonorum, conseruabimus, Sermoꝫ
successores nri conseruabunt. Juribus mis ẽ. In cuius rei
fidem ẽ. Data Cracouiæ in Comitijs generalibus die decĩ-
ma octaua mensis Martij. Anno vt supra.

Sigismundus Rex

Legitimatio Vencesłai et Catherinæ pucrorum naturalium olim Stan. Lubniczki.

Sigismundus ẽ. Scamus ẽ. Quòd cum muneris nostri
Regij esse intelligamus eos qui ad omnem honestatem

virtutem q̃ contendunt, beneuolentia nrã tuere atq̃ pro-
mouere, maxime si eius moti sint, qui auxilio gratiaq̃
mã mi eo indigeant, hoc est si fortuna iniquitate vel con-
ditione ipsa vel fragilitatis humanæ casu aliquo in
suis præclaris conatibus impedit, faciendum nobis esse du-
ximus, vt ad intercessionem quorundam Consiliariog̃
nrorum, pro Wenceslao et Catherina Ihoñi olim Stani-
slai Lubmicski Castellani Wielunen, ex Halibabeta coniu-
ge susceptorũ liberorũ ipsos uire legitimorum donarem⁹
ex auctoritateq̃ mã regia legitimos esse iuberemus. quem-
admodum donamus atq̃ iubemus pntibus literis nris, cum p-
fertim in eo nulla ipsorum culpa, sit, q̃ quæ præclarã-
dole ad omnem virtutem, morumq̃ honestatem, educati ac
instituti sint, ex benignitate igt et clementia mã regia
certaq̃ scientia, et plenitudine potestatis mæ, eos ipos Wence-
slaum et Catherinam, detersa omni parentum culpa le-
gitimamus, legitimosq̃ creamus, atq̃ edicimus. Nec nõ
pro legitimis bonis liberorum hereditatem, ceteri ac reputari ab
omnibus volumus, non secus ac si à parentib⁹ qui secundũ
ritum Sanctæ Romanæ Eccl̃æ per matrimoniale copula
iusto connubio descenderent, prognati essent, Declaran
et irreuocabiliterq̃ ac perpetuo decernen, eosdem habiles
et capaces esse debere ad omnes libertates, ac prærogatiuas.
Quibus hactenus Ciuitatum nrarum iuris Magdeburgen in
Regno et Dominijs nris, vtuntur et gaudent vt pote succes-
siones testamentarias in bonis ciuilibus mobilibus et immobilibus
adeundas, testamentaq̃ condẽ, et alias quibus dictarũ
Ciuitatum nrarum modo, prærogatiuas vtẽ, fruẽ, et
exercendas. Quod omnibus in vniuersum quorum interest

præsertim de Regimi Magistratibus denunciatu
esse volumus, mandamusq3 vt prædictos Wenceslau
et Catherinam, pro legitimis habeant reputet, ac iudicet,
illosq3 in omnibus non solum priuatis, sed et publicis lous
et actionibus, pro legitimis, heri reputari, ac teneri curet
et faciant. In cuius rei fidem &c. Data Cracouiæ in Con-
uentu regni gnali die decima octaua mensis Marty.
Anno Domini vt supra.

Sigismundus Rex.

Legitimatio liberorum na-turalium nob: Mathiæ Lubnicki.

Sigismundus &c Scamus &c. Quòd cum muneris mi regij
esse intelligamus, eos qui ad omnem honestem virtutemq3
contendunt, benevolentia nra atq3 promouere, maxime si
eiusmodi sint, qui auxilio gratiaq3 nra mco mereat, boue
si fortuna iniquitate conditione ipsa vel fragilitatis huma-
næ casu aliquo in suis præclaris conatibus impediantur,
faciem nobis esse duximus, vt ad intercessiõm quorundã Con-
siliariõm morum, pro Marciano Hælena Eufrosia et Anna
Nobilis Mathiæ Lubnicki, ex Barbara de villa nra Dolkow
Dictus Lanciticn illegitimo modo susceptorũ liberorum..

ipsos iure legitimorum donaremus, ex authoritateq; nrâ
lettimos esse iuberemus, quemadmodum donamus atq; iu-
bemus pntibus lrîs nrîs cum præsertim in eo nulla eorum
culpa sit, q; q; præclara morte ad omnem virtutem mo-
rumq; honestatem educentur, atq; instituantur. Ex be-
nignitate igr et clementia nrâ regiâ, certaq; scientiâ et plen-
itudine potestatis nrâ, eos ipos Marcianum Hasenam Eufro-
siam, et Annam deterta omni parentum culpa, legitima-
mus, lettimosq; creamus atq; edicimus, nec non pro lettimis
obinis loquim ferî censeri ac reputari ab oibus volumus
non secus ac si à parentibus secundum ritum sanctæ Eccl.
Romanæ per matrimonialem copulam iusto connubio de-
scenderent, prognatiq; essent. Declarân etiam irrevocabi-
literq; ac perpetuo decernen, eosdem habiles et capaces ee
debere ad omnes libertates et prærogativas, quibus homines
Ciuitatum nrarum iuris Magdeburgen mi Regno et Dom-
nijs nobis subiectis, vtuntur, et gaudent, vt pote successiones
testamentarias in bonis ciuilibus, mobilibus et immobilib⁹
adeundas, testamentaq; condendi, et alias quibus dictæ
Ciuitatum nrarum incolæ gaudent, prærogativas oben
fruendas et exercen. Quod omnibus mi vniuersum quoru
interest, præsertim vo Regni mi Magistratib denunciatu
esse volumus, Mandamusq; vt prædictos Marcianum Ha-
senam, Eufrosiam, et Annam, pro lettimis habeant, reputet
at iudicent, illos in omnibus non solum priuatis, sed etiam
publicis locis, et actionibus, pro legitimis ferî, reputari ac censeri
curent, et faciant. In cuius rei fidem &c. Data Cracouiæ
in Comitijs Regni nrâlibus die decima nona Martij &c.
Sigismundus Rex.

Erectio et dotatio Eccle-
sia religionis Catholica
in villa Besko Captus Sanoc.

Sigismundus &c. Scamus &c. Quod cum expositum
nobis esset a Magco Georgio Almisek Palatino Leno-
mirien, Leopolien Samborien q Capitaneo, villam nram
Besko in Capitaneatu Sanocen frequentia colonorũ refert
ex quibus alij religionis Catholicæ, alij ritus Græci eam
villam incolunt, nullam ibi Eccliam Catholicæ religionis
solum Ruthenicas habere, ac propter difficilem vehiculorum
ad vicinores Parochias accessum, quem etiam fluvius
rapidissimus Wisłok inundatione frequenti prohibet
Catholicorũ pueros infantes absq baptismate, adultio-
res vero absq sacramentorum perceptione sæpius e vi-
vis decedere contigerat. Itaq Magnus Palatinus Sandomi-
vien bonorum præfatorum Dentatarius, dilo pietatis ductus,
Eccliam ibi Catholicæ Romanæ religionis pro parochialibus
propriis impensis erexit, adeamq cum nullos foret redit.
pro dote Plebanali destinatos certos fundos adeam vil-
lam sit, absq præiuditio Methonũ assignavit, vidt por-
tiones tres pro tribus campis, extra dominum Plebanalem
circa prædiales agros sit, portionem vidt unam, sive dim-
dias duas mensuras, sicuti duos Methones possident, altam

portionem, vel duas similiter medias mensuras in Campo
Delesmi ad Jacsimiers tenden, quæ iacent inter portiones
Pauli Dorogi et Ruteme de Kalicie dany, tertiam
partem siue etiam duas medias mensuras port fluuiu
Wirlok inter Pasko Jwaskowic et Rues Damlow ex
ambabus partibus, ad easdē portiones tres subditos meos
ad labores et obedientiam Parocho destinauit. Quetho-
nes vero duos Matsiam Michaelem Oliiars et Pau-
lum Dorogi sortulanos quatuor, Albertum Woicdina
Stanislaum Sartorem, Albertum Wlodey Jwanum
Mikithka, adhæc decimas manipulares siemalium et ali-
alium frugum, ex nouo prædio dicto Mimon. per ipm
nouiter fundato, attribuit, et adscripsit. Cumq; supplī-
catum nobis per nonnullos Consiliarios meos fuisset, ut
nos quoq; pro iure nro, ad quos supremum ad omnes Eccle-
sias spectat patrocinium, Erectionem templi, et dotationem
eius pro sacerdote ritus Catholici, qui in ea apta villa De-
sco nunc et pro tempore curam animarum haberit, ratā
et gratam habere volumus. Nos q; qui Catholicam fi-
dem et religionem libenter promouemus, et subditis
nris sat in parte consultum esse cupimus, erectionem
prænominatæ Ecclæ et fundorum, aliorumq; attributionem
proventuū, ratam et gratam habemus, et haberi semper
in posterum volumus. Atq; in eius rei fidem &c. Data
Cracouiæ in Conuentu Regni gnali die decima nona.
Mensis Martij. Anno Domini Millesimo. quingente-
simo quinto. Regnorum nrorum Polonici
octauo. Suetici vero anno Secundo.

SIGISMUNDUS Rex.

Arx Dalensis Illri Principi Friderico Duci Curlandiæ per cessionem de eadem Illris Principis D. Annæ Ducisæ Curlandiæ mris eius in ius aduitalit: dat

Sigismundus &c. Seamus &c. Supplicatum nobis esse nouit Illris Principis Dnæ Annæ Ducisæ Allegatorum lensis. Illris quondam Principis Gottardi Curlandiæ et Semigalliæ bonæ memoriæ in Liuonia Ducis viduæ coniugis, vt acceden consensu mo totum ius suum ad Arcem Dalensem ex munificentia D. Stephani Poloniæ Regis decessoris nri laudatissimi acquisitum, ipsa in personam Illris Principis Friderici eiusdem Curlandiæ et Semigalliæ Ducis filij sui natu maioris, rite et legitime transfundere possit. Nos autem et mi ipsam Ducisam mrem et filium ipsius eximia nobile, probata q3 erga nos fide, et obseruantia beneuolentia mra propensi Ducem, facile mi id consensum nrum præbuisse, quemadmodum quidem præbemus præsentibus litis nris, et postquam memorata Ducissa mater iure suo legitime iurè constitutionis Prouincia illius decesserit, ac illico sua sponte in personam filij sui transtulerit tum prædictam Arcem Dalensem, omniaq3 ad ea pertinen, cum omnibus eorum reditibus, fructibus, et vtilitatibus, quæcunq3 tandem ea sint, aut ex quacunq3 ratione & forta, nil penitus de ijs excipien, neq3 cuiquam vllo modo reseruan eidem Friderico Duci damus, et conferimus, ab eo possiden et vti fruen

sine vllo cuiusquam impedimento, vllisue penoribus quo
ad vita illi superstet. Promittimusq3 pro nobis et
hæredibus successoribus nris, non esse nos prædict3 Arcem
Dalensem, aut quidquam adeam pertinens, successores ue
nros Illri Principi Friderico Curlandiæ et Semigalliæ
Duci adempturos, neq3 cuiquam aomen facultatem,
esse facturos, sed integrum et illæsum ius ad vitalicii
ipsi esse conseruaturos, eo vero defuncto iterum arce
prædicta cum suis pertinen ad nram successorumq3 mo-
rum plenariam dispositiom plenarie redibit. Juri-
bus nris Regalibus et RR. ibidem saluis manen.
In cuius rei fidem &c. Data Cracouiæ die vigesima
mensis Martij. Anno vt supra.

Sigismundus Rex.

Consensus ad redimen molen-
dina omnia et singula in Capita-
neatu Leopolien existen Magco
Georgio Mlnisek Palat. Sandom. datus.

Sigismundus &c. Scimus &c. Quianos bona mensæ
nræ Regiæ Captus Leopolien mi prouentibus eorū adau-
gere, et m meliorem adducere conditionem cupientes, commo-
dum ac opportunum rationibus eiusdem Præfecturæ exi-
stimauimus, si molendina mi eodem Captu consistentia eū

pissimis, ac alijs eorum reditibus et prouentibus, mi eui-
dentiorem dicti Captus vtilitatem, ac bonorum mensa
ra augmentum eidem Capitaneatui adiungeremus, et
condonaremus. Quamobrem permittendum et consentien
esse duximus, Magio Georgio Almr dek de Magna Cum-
cdi de Palatino Sandomirien, Leopolien Samborien qs
nro Capitaneo, vti quidem permittimus, et consentimus
prntibus, vt molendina omnia, et singula quacunqs
Captus Leopolien ambitu, ac tractu, quam longe et late
is patet continentur, cum pistrinis ac tertijs eorum men-
suris, qua exemptionem subsunt, praesertim verò ea qua
mi Ciuitate mra Leopolien, tum et mi oppido Schirdeck et
m oppido Slimiany, tam intra Ciuitatem et oppida, quam
foris, et extra illa mi villis ommibus, eiusdem Captus con-
stitunt, de manibus quorumuis modernorum eorund
possorum, iustis petentiaq summis, ibidem inscriptis vel
ex taxone Commissariorum legitima prouentibus, red-
mere, et eliberare valeat, ac possit. Qua postaquam re-
demerit, nos eadem cum stagnis et pistrinis, ac alijs eorū
emolumentis, eidem Magco Palatino Sandomirien mi
uis aduitale damus et conferimus. tenen, faben et poss-
den, vten, fruen, ad extrema vita illius tempora. Simil
ius aduitale salutem et illarum eidem prastabimus, et con-
seruabimus, ac serm successores mri prastabunt, et confer-
uabunt. Mortuo vero eodem non mi exoluta prius succe-
ribus eius summa, quam mi redemptionem eorum molen-
dinorum exposuerit, dispositio eorundem ad nos vel suc-
cores nros redibit, ac deuoluetur. Juribus mis Regalib
Mandamus rei fidem &c. Data Cracouia die xx Martij &c.

Sigismundus Rex.

Curia seu Moiza Prakiel seu Wenwer dict. Ciarnowski cu Eua Osmolska coniuge eius dat.

Sigismundus &c. Scamus &c. Quòd cum commendata habeamus Nobilis Joannis Ciarnowski militis mꝛi oppi: mè de fermꝛ prædecessoribus nris, deq; nobis et vniuersa R. P. meriti seruitia militaria quæ ille summa industria dexteritate fide, ac integritate, maxime verò in Bellio Byczinen prætitit, faciendum nobis esse duximus, intercedẽ pro illo nonnullis cõsiliarijs nris, præcipue veri Albi et Magco Joanne de Lamosc dei supremo Regni Cancellario. Exercituumq; gnali, Belsen & missi: nen, Mariaburgen Marienwerderen q; mò capto, vt Moyse Prakiel seu Wenwer dictam in dicti Derpaten sil quam iure aduitalicio a nobis habet, comiugi quoq; ipius Nobilis Eua Osmolska vtriq; comiunctim et cuilbt eorum in solidum aduitalicium daremus, et concederemus, prout etiã pritibus lris mꝛis damus et concedimus, cum omnibus attinen. pertinen fructibus prouen, vtilibusq; vniuersis et singulis nullis penitus exceptis, aut pro quopiam reseruat comiunctim et in solidum tenẽ habẽ et possiden, vtifruenq; ad extrema vtriusq; vel alterius eorum qui superuixerit vitæ tempora. Promittimusq; verbo mꝛo regio pro nobis et fermꝛ successoribus, quod diuan vita præno-

minatorum coniugum, nemini ad dimouen et alienan
eos a possone et seu prafata Curia seu Alodia con-
sensum nrum dabimus nec nos ipsi illos inde exigen
ad hoc ardua quacunq; nra et RL; necessitate amo
uebimus, alienabimus ue neq; ferm succores nostri
ipsum facturi, faciendo cuiquam ptatem daturi sut
verum eosdem coniuges quoad vixerint, vel alter eoru
vixerit in pacifica et integra pradicta Alodia possone
et nos conseruabimus, et ferm succores nri conserua-
bunt. Cuius quidem iuris adultalicij rone, nulla alia
onera praeter ea ad qua feren religua nobilitas Lnonia
est astricta, quem coniuges prastare tenebuntur. Juri-
bus nris Regalibus &c. In cuius rei fidem &c. Data
Cracouia in Conuentu regni gnali die vigesima men-
sis Martij. Anno vt supra.

Sigismundus Rex.

Consensus Martino de Berze-
wicze et Catherina Woianowska coniugib.
dat. ad redimen oes scultetias, ta-
bernas, mineras ferrarias molendina in Staro-
gardien et Osiecen Capitabus.

Sigismundus &c. Scamus &c. Quod nos nobi Mar-
tim Berzewicki Starogarden Osiecenq; nri Capitanei,
viri de ferma praedecessore nro D. Stephano Rege no-
bisq; adeo ipsis ac Reipb hac optime meriti, ration-
bus consulere, ipsarumq; Starogarden, et Osiecen Pra-
fecturarum summis satis grauibus oneratarum proventus

amplificare valeñ, consentirñ et permittendum illi ipsi
Gnoso Martino Berdewicz, vxori q̃ illius Gnosa Cathe-
rina Woianowska esse duximus, consentimus q̃ et per-
mittimus pntibus lr̃is nr̃is, vt possint et valeant omnes
et singulas ad prafatas Starogardeñ et Osricen̄ Prafectu-
ras pertinen̄ Sculteicas, tabernas, Alineras ferarias, molen-
dina bona q̃ alia omnia, qua'cung̃ ibidem sunt exempti-
bilia, de manibus modernorum possorum, personarum q̃
quarumcung̃ uis et interesse ad pra'dicta bona se habere
pra'tendeñ, iustis penuriarum summis, in ydem bonis le-
gitime' inscriptis, ydq̃ non auctis, vel si inscripta' non sit
ex taxa Commissariorum proueniñ, redimere, redemptaq̃
cum omnibus et singulis iuribus, reditibus, attineñ, perti-
neñq̃ vniuersis, nullis omnino exceptis, vel pro nobis ser-mis.
uitoribus nr̃is, aut quopiam alio reseruatis, tenere fere
quieteq̃ et pacifice possidere vterq̃ eorum in solidum
ad extrema vtriq̃ vita' sua' tempora. Promitteñ verbo
nr̃o regio pro nobis et fermñ successoribus nr̃is, non esse nos
eosdem coniuges, quamdiu in vinis extiterint, vel alter eorum
extiterit, exigeñ id fieri aliqua quacung̃ ra et R.P.
necessitate a possione pra'dictorum bonorum, qua'cung̃ vigore
consensus huius nr̃i, redemerint, quorumq̃ possim adue-
rint, amoturos, redempturosue, neq̃ amotionem eos, aut red-
mem ptatem cuiquam facturos, neq̃ fermos successores nos
ros ipsum facturos, faciendiue cuipiam facultatem contrasu-
ros esse, sed potius eos in integro vsu, quietaq̃ et pacifica
possione bonorum pra'dictorum, tam nos, quam fermos succes-
res nros esse conseruaturos. Illis vero vita functis, non

prius ad nos bona prænemorata redibunt quam summa
mi redemptionem ipsorum exposita legitimis illorū suc-
coribus integrē persoluta fuerit. Jurisbus mis Regalib⁹ &c.
In cuius rei fidem &c. Data Cracouiæ mi Conuentus re-
gm gnali die xx mensis Marcy. Anno vt supra.

Sigismundus Rex.

Consensus ad cedēdē Duob⁹ Agri vncis Wodika et Powary dict⁹ in villa Jarwor sitt⁹ Stan. Goiski et Annæ coniugibus in personas Chrzanowski et Sophiæ coniugum dat⁹.

Sigismundus &c. Scamus &c. Quia nos consentien
et permittēdū duximus, consentimusq⁹ et permittimus fide
prætibus mis lcis Nobilibus Stanislao Goiski et Annæ
coniugibus, possoribus, vigore literis sui mutui adnitalicij duo-
rum agri vncorum in Lutomia Wodyka et Powary dictorū
apud Lacum Larwossen in villa Jarwor sitorū, vt possit
et valeant quandocunq⁹ et coram quibuscunq⁹ modo autsen-
ticis Regiminis actis, voluerint, de toto et integro iure dicto
prædicto adnitalicio, super eadem bona a nob iam antedictis
dato, et concesso, Nobilibus Nicolao Chrzanowski Roth:
mgro, et Sophiæ coniugi illius legitima, cedere, et concedēn-
dere, illudq⁹m personas ipsorum coniugum, transfundere,
et transferre. Quæquidem cessio iurisq⁹ transfusio postea
quam legitime peracta et recognita fuerit, nos et ferm sue-

cores nri illam xatam et gratam fumus habituri, in
eam quæ præcedente hoc nrõ consensu per ageter. Cius-
cessionis et condescensionis vigore commemorati comites
Nicolaus Chodanowski, et Sophia vxor ejus, ambo in
solidum comunitam et dimitim, altero vel extincto alt
uter superstes, bona commemorata cum fundis, agris,
pratis, sylvis, fluminibus, piscinis, colonis, liberam lacu
prædicto vsu antiquum vsum piscatione, omnibusq; et sin-
gulis suis pertinen, cenãbus, fructibus commodis, et emo-
lumentis, quæcunq; ex antiquo ad ipsa bona Wedyika
et Lowary nuncupata pertinent, nullis penitus exceptis,
tenebunt, febunt, poßidebunt, fruq; vtentur et fruentur,
integrè, quietè et pacificè ad extrema vsq; amborum vel
alterius superviuentis vitæ tempora. Promittimusq;
pro nobis et fermis successoribus nris Poloniæ Regibus ver-
bo mõ regio, quamdiu prænominati comites ambo, vel
vno extincto, alter eorum vixerit, nemini ad amouen et alie-
nan, ipos vel eorum alterum aspernte à ppetone et vsu dicto-
rum bonorum, earumq; pertinen, et prouentuũ consensu
nrum dabimus, nec nos ipsi eos inde licet arduaquacunq;
nrã et RP necessitate, idipsum exigen, amouebimus, aliena-
bimusue, neq; fermi successores nri idipm facturi, faciente pta-
tem cuipiam daturi, imo salvum et integrum eis a vitalicium
ipsis semper præstaturi et conseruaturi sumus. Juribus tn
nris Regalib. et communis RP legibus ibidem p oia manen
salvis. In cuius rei fidem &c. Data Cracoviæ in Comitijs
Regni gnalibus die vigesima mensis Martij &c.

Sigismundus Rex manu.

Villa Salnicza Vencesl.o Sulkowski et Margaretha Dykowska coniugibus iure aduitali in solidus confertur.

Sigismundus &c. Quia nos ratione
fidelium militarium seruitiorum Nobilis Venceslai Sul-
kouski, quae fuerunt praestare nobis et Reipub.ae non deti-
mit, uxorem quoq; eius nobilem Margaretam Dykanka
Dykouska in eodem iure aduitalitio villae Salnicze an-
tea à nobis praedicto Venceslao Sulkouski benigne conesso
conseruandam duximus, vti quidem conseruamus prin-
cipibus libertatibus, cum omnibus eius villae fructibus, reditibus
prouentibus, syluis, memoribus pascuis, pratis, attinen-
tinen. uniuersis, ex antiquo ad eam pertinen, prout nunc
vsus earum habetur, vel qua fuerint industria ppe
excogitare poterit, ita vt praenominati coniuges ambo et
in solidum ad extrema vita' sua' tempora pra'dictam vil-
lam Salnicze teneant, heant, et possideant. Promittimus in
uio et fermorum suorum nrorum nore, etiam si ar-
dua nra et R.P. negotia impendant, nos à possore et usu
fructu praenominatos consortes viuos, nec altero mortuo
alterum superstitem, non esse amoturos, aut alienaturos,
neq; amoueri, aut alienari cuipiam statem facturos, fermis
nros in praestaturos. Debebunt autem praenominati pos-
res priusquam de bonis ejsdem eogmtio p Requisores a-
nobis missos facta fuerit, quartam partem summa' ex qua

bonis secundum Regni Constitutiones Rauram pendere
ac quotannis tempore assignato remittere. Caeteris quoq;
Juribus mis &c. In cuius rei fidem &c Data Cracoviae
die et anno quibus supra.
Sigismundus Rex.

Theloneum Pontale in villa Lissieniecze instituitur.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod
cum intellexissemus ex Actu Revisorum nrorum authen-
tico. Inclytorum vigt Nicolai Dolkowski Succamerary.
Joannis Herborth de Fulstyn Vexilliferi Caspari Wa-
sicdinski Tribuni Terrium Leopolien, ad conficiendum
negotium mis scriptum à nobis deputatorum, in fundo
villa Lissieniecze prope Civitatem Leopolien consisten
Incli Georgii Didinski Dapiferi Innocen, Jarenitarii
lora fundi illius paludinosa ac cænosa ita impedita ee,
vt mercatoribus, cæteris q; hominibus ex diversis partib
Regni euntibus, iter transitu difficilimum præbeant. Id
circò negotium cum à quibusdam Offalibus dictis Leopolien
ex particulari Contentu Wisnen nuntijs ad Conventum
Regni generalem Warsavien anni millesimi quingente
nonagesimi primi deputatis, demandatum esset, ut Re-

visores nros ex illo apto conuentu gnli deputaremus.
quo tenõe rone sumptuum et impensarum, propter commo-
ditatem ibidem transeuntium, in construendis pontibus,
et aggeribus factarum, et faciendarum, Theloneum aliquod
ibi per nos assignaretur, et institueretur. Nos conſti-
tutionibus Regni publicis in fauorem Reuisoribus nostris
supramemoratis, quibus ex iuris praescripto reuidendorũ
Theloneorum munus incumbit, iniungimus, vt sumptibus
quos in restauran pontes et aggeres in locis illis fieri
Georgius Didinski impendere solet consyderatis, de Theloneo
quale et quantum ibi in futurũ deberet, ad nos referent,
Qui quidem pro fide et subiectione sua ad bona villa su-
perius memorata descenden, consyderan diligentissime
viam publam, ab oppido Glimiany versus Petpolim usq;
ad eiusdem villa Lissemi tenden, ac loca et tran-
situm, si absq; reparatione vectoribus facilis, et comodus
ibi transitus fieri posset, an etiam aliqua reparone indi-
geret, sumptus etiam qui in reparationem expenderentur,
perpenden et artiman, re ipsa ad plenum cognita Theloneũ
ibi rone impensarum et sumptuũ in reparation aggerũ et
pontium à nobis necessario instituend esse debeãt aut sen-
sis ad nos perscripserunt. Dimittq; in pntibus gnalibus
Regni Comitys in frequentia ordinum Regni, et Nuntiorũ
terrium, ad eundem conuentũ congregatorũ ex ordine ipso
Nuntiorum ex Palatinatu Russiæ delegati Ignati Jacob
Luismowski Equillator, et Joannes Swosdowski Notarius Terres
Leopolien in Senatu proponerent, et pro ipso Ignõ Georgio Di-
dinski apud nos intercederent, vt impensarum atq; operæ
ipius per eum in reparationem pontium et aggerum rationẽ

ctarum et in posterum faciendarum, benigna ꝛaom
habere, Theloneumq; hoc nomine in villa Lissie-
nide instituere dignaremur, huic intercessioni nos,
benigne annuen, atq; instauratiõ, et reparatiõe
pontium et aggerum ex relone pꝛafatorum Reuisoꝛ
nꝛoꝝ necessariam esse aduerten, commoditati illãc
transeuntium volentes consulere, Theloneum pon-
tale et aggerale per Gnosum Georgium Didinski
et succores eius perpetuo exigen, in villa pꝛafata Lissie-
nide vigore, et autsoritate pntis Conuentur gnalis
Regni de consilio et assensu ordinum Regni, ac Nun-
ciorum Terrium, instituendum duximus, vti quid
instituimus pntibus ꝛris nꝛis vt Gnominatus Gno-
sus Georgius Didynski, et succores eius, à Mercato-
ribus, Vectoribus, negociatoribus, quibuscunq; illãc pꝛe-
tereuntibus, à quolbt equo qui currum trahit, ac ehã
à quolbt boue ternarium, tum etiam à quouis equo
mercatoris. A centum bobus quos mercator pellet gros
sos quindecem, à decem ouibus dimidium grossum,
iuxta moderata taxa, et compensata, aestimata iam
à Reuisoribus nꝛis extractionis qualitate. Thelonei
seu Vectigal noue tꝛibus perpetuis capiat et exigant
Ita tn vt idem Gnosus Georgius Didynski, succoresq; illius
pontes et aggeres in locis ommb fundi villa Lissienide
quoties necessitas ipa postulauerit, sub amissiõe the-
lonei, restaurare et reparare teneantur, vt sine dam-
no ac periculo Viatores per loca illa transire pꝛsint
saluo iure spiritual, et equestris ordinis hoim q secus

iura Regni, sub pœna Constitutionib descripta à pen-
sione Felonei exempti, et immunes perpetuo esse debeãt
Juribus quoq ac libertatibus Civitatum salvis. Atq;
in eius rei fidem &c. Data Cracoviæ in Conventu
Regni gnali die et anno vt supra.

Sigismundus Rex.

Bielicki inscribit debitum Laurentio Lubomski.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quòd coram
nobis et Actis Cancellariæ nræ personaliter constitu-
tus nobilis Stanislaus Bielicki filius Generosi Joan-
nis Bielicki à Bieldewo Terræ Calissien, mente et cor-
pore bene sanus, à terris dictibus, iuribus, iurisdictiom-
busq; suis quibuscuis propriis et competen, recden, se verò
iuri et iurisdictiom nræ prti per omnia incorporan, et sub-
mitten, palam publice libere, disertisq; et expressis recogno-
vit verbis. Se teneri debereq; nobili Laurentio Lubomski
summam centum florenorum per Polom certi veri, et li-
quidi debiti. Quam quidem summam centum florenoz
Polom ipsi ac eius successoribus, se ac suos successores in omni-
bus bonis suis, inscribit, et obligat hinc pro die et festo D.
Bartholomei Apostoli proxime venturo daturum, solu-
turum, atq; circa acta Cancellariæ nræ repositurum,
numeraturum, ac relicturum, sub vadio similis summæ
aliorum centum florenoz per prædictaz. Casu non solu-
tionis eiusdem summæ pro tempore supraexpressо per
eundem Stanislaum Bielicki et eius successores, eidem &-
nominato Laurentio Lubomski illiusq; successoribus ad sol-

vendum succumbẽ. Quod vadium in se, suos succores,
ac bona sua omnia libere prædictus recognoscens assum-
psit, assumitq3 pntibus. Pro quo quidem vadio, sum et
summa principali, citatus prænominatus recognoscens,
seu ipsius succores citati, ad instantiam Gmemorati Lau-
rentij Lubomski seu succorum ipsius ad officium Capte
Castren Calissien, siue etiam post Curiam pxam, ex tunc
facto modo suprascripto recessu à terris et ductibus, iu-
risdictionibusq3 suis quibuscunq3 propriis et competen-
tibus, et sequi et iurisdictionj illi ad quod cum suis suc-
cessoribus attractus fuerit, quantum ad respondendũ
submittẽs in primo citationis termino tanquam pe-
remptorio, coram eodem officio stare, iuri parere, respon-
dere, et tam pro vadio prædicto quam et summa princi-
pali ab officio illo non recedendo satisfacere, ac om-
ne iudicatum pati debebit ac tenebitur, suiq3 succes-
sores tenebuntur ad quietationem de prædictis nul-
libi fibi recipiendo. Renunciando hac in parte
omnibus exceptionibus dilationibus, motionibus, ap-
pellationibus, ac earum prosequutionibus pœnarum
seu tertrium marcarum pol Polonicã et alijs quibus-
uis iuris, et facti remedijs, diuerticulisq3 ac coloribus
iuris de iure vel consuetudine fieri et concedi solitis. Neq3
differẽ eundem primum terminum, et alios conseque-
tes eiusdem causæ terminos semper peremptorios, vera
vel simplici affirmationibus, actione pro maiori sues-
sorum minorennitate, bellica expeditione, conuentio-
ne Regni generali vel particulari, statutis laudatis,
et laudandis, literis nostris Regalibus, bello, aura pe-

stiferа, interegno, seruitio nostro et Reipublicæ li-
teris exemptus, ac alijs quibuscuis legatibus impedi-
mentis, ac defensis, nec non aquarum inundationib
pontium fractura, viarumq3 quibuscunq3 impedimen-
tis, nihilq3 prorsus iuris remedioꝝ contrarium in-
scriptionem, sibi, suisq3 successoribus in auxilium assumen
sub amissione suæ totius causæ nulla præscriptione
terri in præmissis obstari. Quam recognitionem præ-
nominati nobilis Stanislai Dzielinski, modoq3 præmis-
so fact summa præreceptæ inscriptionem nos fusse
pimus et ratam hentes Actis Cancellariæ nrâ miseri
atq3 demum eandem ex ipsis autheñ extradi manda-
vimus. In cuius rei fidem &c. Datt Cracouiæ die vi-
gesima mensis Martij Anno vt supra Relatio vt sup.

Locatio oppidi Mikul-
nicze

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod
citm ex Ciuitatum et oppidorum frequentia plur-
rimum ornamenti et splendoris Reipub. ciuius at
tedere cõsueuisset. Nos etiam hac in parte nrâ hu-
it Reipub. deesse nolen(tes) expositũ nobis eẽt noie
Magcæ Annæ de Siemiaua olim Magci Spitkomi Jordan
de Zaklicz(yn) Castellani Crac coniugis legitimæ esse
in fundo ipius in hæreditate villæ Mikulnicze supra
fluuiũ Szereth locũ instituendo novo oppido valde
accomodum. Supplicatumq3 nobis, vt fun-
dandi ibi oppidi facultatem ipi concederemus. Nos sup-

plicationi benigne annuen, cupiensq; rombus subditorum
nrorum consulere, ad intercessionem ceterorum Conati-
atiorum nrorum, consentien & permitten duximus, atq;
pntibus ltis nris consentimus; vt in fundo predicto bono-
rum eorū, ipsa Magdalena de Siemiawa Jordanowa Op-
pidum nouum Mikulmicense nunc pandum locare possit.
Quod ut celerius excoli queat, et frequentia populi ad
postom eius conuemat, damus et concedimus omnibus in-
colis eius fine ad decursum decem annorum continuè se
consequentium, libertatem ab oibus contributionibus et exa-
ctionibus nris, et oneribus quibuscuis. Et huic quidem oppi-
do Mikulmicense et omnibus eius incolis damus et conce-
mus Jus Theutonicum, quod Maideburgen dicitur, vt
eo temporibus perpetuis vtatur. Remouen ab eo oia iu-
ra Polonica modos, et consuetudines vniuersas, quae ius Teu-
tonicum perturbare consueuerunt. Eximen et liberan oes
incolas eius ab iurisdictione et state omnium et singulorū
Palatinorum, Castellanorum, Captorum, Judicum, subdito-
